nimi· tam a dolore mortis extinei quam a corruptione carnis estis alieni· sicque ab angelis suscipiemini· et a me ipso sursum conducemini· donec assignemus uos ante tribunal Christi· Quod totum factum est ut beatus Martinus imperauit· Cum autem communionem accepissent de manu Aycardi abbatis· finita missa genibus flexis· sani atque incolumes in orationem prostrati· uiam uniuerse carnis ingressi sunt· ut beatus predixerat Martinus· tam a dolore mortis extortes· quam a corruptione carnis fuerant immunes· Repleta est illico cella illa tanto odore· ac si multorum aromatum congeries ibi sparsa putaretur· ·X·

Suscipiens igitur eos non ut de morte· sed quasi de oratione abbas Aycardus una cum fratribus non mortuos putabant sed dormientes· cum facies eorum ut rosa ruberet· caro ut nix albesceret· Quam ob rem per sedilia illos disposuit· sicut soliti erant sedere in cella sua· posuitque eos ita ut ab omnibus inspici possent· solis necessariis quibus ab iniuria intuentium defenderentur· inter eos et intrantes mediis repagulorum obicibus· Patebant etiam limina· ut omnes aduenientes uiderent sanctorum facies· non sicut mortuorum sed sicut dormientium· Quia licet hominibus mortui essent· deo tamen cui omnia uiuunt dormiebant· Per vii autem dies quibus super terram fuerunt· non defuit odor ille suauissimus· Tanta uero exarsit aduentaneum multitudo· quanta aut locus admisit aut uix uel semite capere potuerunt· Omnes febricitantes uel frigoretici qui adueniebant sani reuertebantur· leprosi· surdi· muti et claudi multi curabantur· Afferebantur qui uenire non poterant in lectis et grabatis· et ex odoris fraglantia sospites reddebantur· Septimo demum die a transitu ipsorum· abbas Aycardus congregatis fratribus sancti monasterii· ad obsequium funeris sanctorum affuit· Misit quoque et accersiuit sanctissimum senem Turonice sedis archipresulem Brictium una cum clero et populo· Initoque consilio· sicut erant uestiti· sepelierunt eos in ipsa cella uel oratorio ante altare ipsius oratorii a beato Martino cum pignoribus sanctorum consecrati· Transierunt autem pridie idus nouembris· secundo a die festo quo celebratur transitus beati Martini· et depositi sunt tercio decimo kalendas nouembris· Qui sepulti terris in Christo se uiuere manifestant uirtutibus et miraculis· prestante eodem Ihesu Christo domino nostro· qui uiuit et regnat cum deo patre in unitate spiritus sancti deus· per omnia secula seculorum amen·

Explicit uita sanctorum septem dormientium turonensium·

## Hystoria de miraculis sancti Martini episcopi et confessoris

UNIUERSIS sancte ecclesie prelatis archiepiscopis· episcopis· abbatibus· prioribus· presbiteris· omnibusque ubique terrarum catholicis· beati Martini turonensis ecclesie conuentus salutem· et fideles in Christo orationes·

Rarus est nobis in temporibus in deteriora semper labentibus diuine ostensionis et miraculorum euentus· Unde diuinitatis opus nostris diebus et nostros ad ocu-

los pſentatum/ ſilentio n̄ intelligimus
occultandum. Qđ g̃ uidim⁹ & audiui
muſ hoc teſtamur. Explicit plogus.
Incipit đ miraclis beati Martini.

FARENSIS
monaſterii ſcīmo
niales. ſc̄e uirgi
nis corp⁹. mr̄is ag
netis caput. ſacra
pignora deferentē.
beati martini eccli
am intrauerant/ ut
ad concremati loci ſui
reparationē. beneficium
ppli poſtularent. II.
Erat in uilla muliercula
nomine lamberga etate
iunior neruis contracta. & quadā
dorſi fractione infer⁹ concuruata/
ea cū ppl̄s ad reliquias concurreret.
et ipſa ſicut potuit laborioſa ſubrep
ſit. Orat. ſpū diuino credim⁹ commo
nita/ pignorib⁹ ſubtiacere liceat. Cō
cedit̄. ſubt̄ capſam ubi ſc̄e uirgin̄
corp⁹. mr̄is agnetis caput. paululum
obdormiſcit/ dormientē ad inſtar
niuis candida columba ut ſana ſur
geret. ut de ſanitate ſua ſc̄e uirgi
ni agneti mr̄i. Martino confeſſori.
gr̄as ageret. ut ad laudē dei miſſā
de ſcō ſpū celebrandā canonicis in
dicaret. uiſa ē commoneri. Euigi
lans. erat feſtum de conuerſione pau
li. hora circit̄ tcia euigilans. pfectā
corpis erigit̄ in ſalutē. Gr̄as agit. &
que p uiſionē acceperat indicat uniuer
ſa. Letat̄ ciuitas. concurrit ppl̄s ad
ſpectaclm/ fides miracli teſtimonio
q̄ mulierclam nouerāt approbat̄. Mu
lier reſtituta/ ſcīmoniali ſub habitu

ſe mancipat ſeruituti. III.
Noctis unius ſpatiū interceſſerat/
& dei digit⁹ aliud potencie ſue
miraculū inouauit. Admodū puer
q̄ſi xiiii. longo contract⁹ ex tempore/
in rigore poplitib⁹ obduratis uiuiti
manib⁹ cogebat̄. Is ubi reliquias de
uotione m̄te attigit/ ſal⁹ de celo mē
bris infuſa debilib⁹. animā leticia
corp⁹ erigit ſoſpitati. Prius q̄ ueſti
gis deportat̄ ad altare pp(er)at/ Mar
tino gratias redditurus. IIII.
Alter annos circit̄ quindenos
adoleſcens. tantā contracti
oni dānationem incurrerat. porta
ret ut ipſe de pedib⁹ ſuis alterū ex
ſangui ariditate pmortuū/ & quaſi
a ſubſtancia ſui corpis alienū. Hic
ubi ſcīs ppinquauit pignorib⁹ uirt⁹
ex alto uiſitat/ infirmata ueſtigia
ad mot⁹ ppos reparant̄. Salutis ſue
factur⁹ gr̄as martini uenerat ad ſe
pulchrū/ plantiſq; innitens gemi
nis uſu baculi deſtituto. pedis ex
ferit̄ officio. quē ſepe tulerat ocioſū.
Septenni adhuc puel . V.
lule. erigendi circūflectendi
faciē uis languoris abſtulerat fa
cultatē. mento pectori coherente/
g̃uiori incōmodo extinctis int⁹ lu
minib⁹. oculi ſupfluo mouebant̄. V
bi g̃ miſerrima pignorib⁹ applicat̄/
de uirtute altiſſimi medicina p
ueniens. ex utroq; incommodo etatē
liberat innocentē. Mirū in modū
aſpectū uideas circūferre. & pleriſq;
querentib⁹ dicē q̄d uideret. VI.
Etatis prouectioris mulier. in
qua contractionis cauſā na
turalis frigiditas augmentarat. au

dit quę fiunt miracła · contᵃ rationē
ꝑductionis tempis & languoris · ſpem
ſibi concepit exauditionis · Vbi ġ ad
reliquias ꝑpiuſ ē inuecta · ſpē ſani
tatis egſſus ē · qui ſuſtulit & erexit
pſonā pedibꝰ condempnatā · Propri
is ġ dn̄āta ueſtigiis · n̄ ingᵃta mune
ris · ad martinū uelocior ꝑcucurrit ·

Mulier quę manꝰ · VII ·
geminas iuncturis rigentibꝰ
habebat incuruas · medicoꝝ magiſ
teriis ſepe ſ; inutiliter attentatis · fac
ta ad dm̄ confidentia · reliquias de
popoſcit · Vbi ġ humanę ſollertię
experimenta defecerant · dei digitus
opat᷑ · Salutē ſuſcipit muliercula ·
manꝰ geminę admot᷑ extenduntur ·
teſtimonio languoris adhibito · Pre
ſenti denią; ſanitate conſpecta pu
dore confundit᷑ · qui contra mira

Aculum obcertarat · VIII ·
fflictionis uitę uetula · ſenec
tutis & contractionis incōmodo du
plicato · cum pes eiꝰ debitis deficeret
adiumentis · ope manuū ꝑmouebat ·
Cetera uiq; a renibꝰ corꝑis ſubſtan
cia · ſolꝰ erat ponderis n̄ uiuaminis ·
nec ſe deferens ſed delata · Ea nocte
unius uigiliis ad reliquias excuba
tis · medicinalis gr̄ę diuinis fomi
tibꝰ circumtacta · de parte mortua
ad naturalia reuiuiſcit · Ad MAR
tinum ſuis inceſſibꝰ ipſa ꝑgᵈitur ·
ꝑuoluta reddit gr̄am · cuiꝰ meritis

Ase ꝑſpicit obligatam · VIIII ·
nnoꝝ duo de uiginti circiter
adoleſcens · triennio ꝑ contractio
nem euoluto · debilitatis sue tempꝰ
redimebat · elemoſinas diuitum
queritando · Is ubi ſalutis ſuę de
celo concepit auxilium · cereū accen
dit ad locum reliquiarū · pꝰ mente quā
pede ꝑpat · cū ſepe lacrimas de fonte co
punctionis · contitus animꝰ ministra
ret · Audiuit miſericordiarum pat᷑ · quid
interior loqueret᷑ affectꝰ · ſalutē repa
rat · qui languore riguerant pedes ·
ueſtigio coaptant᷑ · Mirꝰ forſitan hu
mana ſupplicatione tangi deitas ui
deret᷑ · ſi humilē animo humilē con
fractumą; corꝑe pateret᷑ · Inactione
gr̄arum n̄ tacit᷑ · MARTINO ꝑſentat ·
quā & de eiꝰ meritis acceperat ſani

Dtatem · X ·
uodecimus adhuc adoleſcen
tula · que morboꝝ iniuriis · oculos
nil uidentes ocioſis motibꝰ agitabat ·
ea poſtquā ſacris pignoribꝰ applica
tur · rediuiuiꝰ luminibꝰ inſtaurata
a patre luminū · n̄ uiſū ſeptennio
iubar · & rerum ſpeciē recognoſcit ·

Alia quidē etate · X I ·
iunior · de naſcendi principiis ·
lucē huiꝰ ſcli n̄ guſtarat aſpectu · Ve
rū ubi ſuū caput agnetis capiti ſub
ter depoſuit · manuą; ſaxe uirginis ·
ſacris pignoribꝰ ē orba facies circum
tacta · de claritate claritas celeſti
corporea · tandem data n̄ reddita · in
docilis oculos incitat ad uidendum ·
Mirū in modū · utrumą; uideas adoleſ
centulā · nē rerū inſuetudine obſtu
peſcere nē gaudere · alterutrū; alteri qͦd
nā uideat ſimplicit᷑ iudicare · Ea ꝑ
fecto dei magnalia · ꝑpl̄s q̄ conflu
xerat copioſius · & mirat᷑ cū gaudio ·
& debito ꝑdicauit ꝑconio · Adoleſ
centule ꝑpl̄s concurrentibꝰ · MARTI
no ſignipotenti incolumē aſſiſtunt᷑ ·

Erat int᷑ nobiles · X II ·

longo contract' ex tempe quidā nomi
ne martin' cui necessitas fecerat discī
plinā ligno inniti sustentario. ut pmo
tionē suā naturalib' pediū nichil uł pa
rū deberet officiis. Is p̄ multitudine lā
guentiū. q̄a pprior ad reliquias n̄ pate
ret accessus. aliquanto semotior excuba
bat. Ad noctē mediā resoluit̄ in so
porē. Martinū aspicit in albis. stola.
pallio. & pastorali baculo. pontificis in
signia p̄ferentem. s; & duas uirgines
alteram in candore uestis. & amictu
capitis p̄spicuam. alterā moniali ue
lo caput ab humeris obuolutā. Inere
pat' itaq; a Martino. quia comā nut̄
erit longiorē. ad tonsurā que uiror ē.
impio sup addito cōmonet̄. Tres ḡ
in curando homine medicantis ope
partiunt̄ officiū. Martin' pacienti
caput & humeros pprīū confouit
ad pect'. cū de uirginib' uelata blan
diori manu locū egritudinis pertracta
ret. parente dextera neruos exten
deret inuelata. O noua curationis
forma. medicine mod' incognitus.
uerū salutis opat̄ effectum. quicq̄d
nocturnu fuerat soporis ymagine
figuratū. Iubet̄ surgat. & plenas in
columitatis sue Martino referat ac
tiones. Sub hec scs̄ dirigit̄. succedit̄
uirgines. laudam' ecclesiasticū. altius
uisib' decantantes. A sopore & lan
guore homo parit̄ erigit̄. sacerdotes ē
uocat. uisionē enuntiat. exequit̄ ce
tera pro mandato. XIII.

Alt̄ renib' debilitate succiduus
pedis uestigio denegato. totus
in terrā defluebat. si n̄ fulcim̄to ba
culi teneret̄. Is ubi de sp̄u sanitatis
suscepit remedium. factur' grās ppat

ad martinum. XIIII.

Habundantis grē beneficium. u
no die quatuor accipiunt mu
lierculę. de contractionis incommodo
liberatę. XV.

Adolescentula cui' manū. cuius
pedē. opatioñ. pgressioñ. diutina dam
narat infirmitas. cū aliquādiu ad
pignora deuotior excubasset. ad utrūq;
parit̄ reparat̄. Ceterū ad certā fidē
astruendū est quēadmodū ab ipsis
languentib' accepim'. eor nemnem
salutē integrā accepisse. ad usq; bea
tissimi Martini sepulchrū. grātarum
cū actionib' expetissent. Credulitā
nrā ē. ut q̄a scā agnes. beati marti
ni uisitacioni interfuit. eā beat' Mar
tin' in ecclesia sua. p effectū multipli
cis miracli. eē uoluerit uenerandam.
Ad compensationē numerationis ac
cessit. ut quē admodū dictum ē. q̄a
uirgo uirginē. scā scm̄ pontificē uisi
tauit. Martin' in sua turono. caput
ei' de q̄ fortassis dubitarent aliquot
hominū. manifestacione certissima
ipsū eē demonstrauit. XVI.

Preteritatorum miraclor facta est
euidentia sub oclis ppli. sub p̄sentia
religiosi uiri symonis. sacerdotis ogeri.
uirginū elisabeth. berte. lamb̄ge. sub
attestacione bernardi. q̄ ex oclis ac
cepta miracla conspexit. Hor miraclor
cont̄ ueritatē ne incredula obmmu
rare possit malignitas. si inmunitā
repperiat. sigilli nrī attestacione rem
certissimā consignam'. Unde quedā
rationabilis admonitio ē. huiusmodi
scarū cū honore suscipe. beneficiuq;
impti cū beniuola caritate. Facta
st̄ hec ludeuuico aqtanor duce. fran

corum rege dictante. anno ab incarnatione domini millesimo centesimo quadragesimo primo. **Miraculum pulcherrimum de sancto Martino glorioso turonorum antistite sumptum ex vita sancti Siluani episcopi.**

Cum quando martinus sacre dulcedo solitudinis affari uendicaret, proximorum tamen necessitatibus condescendens. sepius prodire in publicum cogebatur. Erat enim suum martini apostolicum illud. Siue mente excedimus deo, siue sobrii sumus uobis. Per bituricense quidem territorium iter aliquando faciens. deuenit ad uicum. cui ex euentu miraculi nomen lepsi inditum est. Dominus siquidem uici illius erat honorabilis et diues. sed lepsus. Cum itaque beatus martinus ad ecclesiam sancti siluani orationis gratia diuertisset. non enim irreuerenter ecclesias preterire consueuerat. in ipso sacre edis introitu dominum supradictum lepsum offendit. Martinus matutinus ingreditur. porro ille egrediens. agnoscit hunc esse martinum illum signipotentem. illum archipresulem turonice urbis. magnificum et gloriosum uirum. ad cuius imperium nulla morborum genera non curantur. qui et mortibus imperat. et lepre qua ipse laborabat solo medetur osculo. Animatur quidem magnitudine uiri et presumens de potencia. seruis suis prope astantibus equos et famulos domini martini intro ire iubet ad domum deduci. instrui conuiuium tanti hospitis condignum reuerentie. Ipse uero cum multis pro foribus egressum prestolatur aduentum. Intra martinus ut semper frequentissimo discipulorum sessimoque comitatu constipatus ab ede sacra egreditur. Cui et ille genibus prouolutus supplex exorat. ut ad se hospitandi gratia diuertere non dedignetur. longe abesse urbem. illo tempestiue perficere non posse. tandem se egritudinis feditate non debere uitari. esse sibi domos idoneas eius susceptioni. Tunc uir sanctus spiritu credo annunciante. iam presentiens diuina nimis se facturum miracula. alacri uultu pariter et uoce respondet. Quia domini uoluntas est. ut apud te frater hospitemur. ipsius hospitalitatis more accede. et prebe nobis osculum pacis. Ille uero et si sancti tactum modis omnibus gestiebat. pudore tamen actus. ob morbi turpitudinem refutabat accessum. Herebat quidem uerecundia. At sanctus qui nec lepra contaminari. sed lepre mederi consueuerat. incunctanter accedit. et osculatur eum. Qui quare statim sanatus non fuerit. sanandus in crastino. illius est nosse. qui in pondere mensura et numero uniuersa disposuit. Fortassis quantum datur intelligi. pusille fidei erat homo. qua nec dum mereretur accipere salutem. Porro sacri hospitis usus colloquio. uisu hortatu pariter et doctrina. creuit fides eius. qua meruit impetrare quod martinus dare credenti potentissimus erat. Sed ad propositum redeamus.

Interea martinus cum suis pone sequitur ad hospitium precuntem. De communi apparatu taceo. ubi nec quod deesset. heros copia impensarum. largitatis beniuolentia. instantia iussionis preparauit. Seruientes autem artis illius industria clientele sue prompta obedientia et pro tanto hospite cura deuotissima satagebant. At martini cibus et sicut